

1448 [= 1655] S. Giorgio alla Molinara in praedio D. Fragnito ad Tamarum.

// L · S E V E R E  
m A M I V S · I A N V  
a r I V S · C O I V G I  
s a N C T I S S I M A E  
5 e t · S V P E R · O M N  
e s · I N C O M P A R A  
b i L I · C O N Q V A · V I  
x i T · A N N I S · X I I I  
m E S · V · D I E S · X X  
10 B E N · M E R · F E C

Garruccius *Bull. Nap.* 5, 84 et diverse diss. arch. 1, 125. Orlandus dedit Dresselio a se a. 1867 descriptam.

3 COIVCI Orl. — 5 OMNE Garr. II. — 7 VI om. Garr. II. — 8 XIII Garr. II Orl., III Garr. I. — 9 MES Garr. II. — 10 BEN Garr. I. — Quae lineola separavi, Orlandus non vidit interim effracta.

1449 al Piano di S. Arcangelo prope Montemale in massa Angeli Panaresi pro limine.

S T A T I A E : sic  
· O · L · H E L I E N A e sic  
M O N V M E N T V m  
S I B I · E T · C O N I V G I  
5 S V O · E T · S V I S ·

Dressel descriptit.

1450 [= 1768] columna formae Lucanae. Extra Arianum ante S. M. della Ferma rep. 1776. Extat ibidem adhuc in coemeterio.

D · M  
T V L L I A N E · M A  
R C E L L E · P V  
D E S · C O I V G ·  
5 B · M · F ·

Recognovit Dressel. *Giorn. enciclop. di Napoli* Iul. 1785 p. 94; Lupoli p. 151; Vitale p. 20.

1451 [= 1785] prope Arianum in vinea Mazza retro eccl. S. M. de Martyribus LVP. Frustra quaesivit loco indicato DRESSEL.

D · M  
V E N E R I A E · C O N  
I V G I · S A N C T A E  
L · V I P S A N V S  
5 S E C V N D V S  
E T · S I B I · F I L I I S  
F I L I A B V S · E T  
N E P O T I B V S · F E C I T  
L O C V M Q u a Q V A  
10 V e r s u m . . . . .

Lupoli p. 152 eodemque exemplo Vitale p. 20.  
4 VITPSANVS Lup. Leg. fort. VIPSTANVS.  
— 6 FILIS Lup. — 9. 10 LOCVM Q...N..  
QVA|VI..... traditur.

1452 in massis q. d. S. Eleuterio quinto a Casalbore lapide Greco versus.

// // // //  
/ O // //  
/ N N I · S /  
/ E N \ //  
5 / O I //  
/ / A R /  
/ c //

Dressel descriptit.

1453 litteris parum bonis, prope Monte Male Buonalbergum versus in loco q. d. *pietra scritta* sive *Fontanone* pars exigua basis magnae nuper contractae.

NTISSIMAE  
M · EECERVN sic

Dressel descriptit.

1454 prope Casalbore in massa q. d. *Santa Maria*.

ENTO

Dressel descriptit.

### XLIII. LIGVRES BAEBIANI (Macchia prope Reino). Tribu Velina?

Consul a. u. c. 456 L. Cornelius Scipio Barbatus secundum elogium adhuc superstes (vol. 4 n. 29) *Taurasia Cisauna Samnio cepit*, id est Taurasiam et Cisaunam in Samnio. Horum oppidorum illud num sit *Taurania*, quam in Campania intercidiisse Plinius 3, 5, 70 scribit, parum constat; quamquam Campaniae quoque Taurasia non male tribuitur, si quidem ea, ut infra demonstrabitur, sita fuit in ipsis Samnii et Campaniae confiniis. Etiam magis, si fieri potest, incertum est quo pertineant Stephani Byzantii haec: *Ταυρανία* (*Ταυρασία* cod. Rehd. manu secunda) πόλις Ἰταλίας· τὸ ἐθνικὸν Ταυρανίνος (*Ταυρασίνο*s cod. Rehd. m. 2) ὡς Πλακεντίας, καὶ Ταυρανιανός (*Ταυρασιανός* em. Meineke), cum cogitari possit etiam de Augusta Taurinorum, Appiano Taurasia dicta (vol. V p. 779). At ager *Taurasinorum in Samnitibus*, qui teste Livio 40, 38 ad a. u. c. 574 publicus populi Romani mansit, sine dubio oppidi illius vetusti fuit a Scipione deleti. Eo anno in eum agrum deducti sunt post deditionem Ligures Apuani *ad quadraginta milia liberorum capitum cum feminis puerisque*, ut ait Livius l. c., ad quos mox accesserunt Apuanorum Ligurum septem alia milia item in fidem accepti et navibus Neapolim transvecti indeque in Samnium traducti, ubi ager iis inter populares datus est teste eodem Livio 40, 41 ad a. 574. Nomen nova res publica traxit ab iis qui eos deduxerant consulibus a. 573 pro consule tum rem administrantibus P. Cornelio Cethego et M. Baebio Tamphilo. Recensentur enim inter Hirpinos populos apud Plinium h. n. 3, 11, 105 *Ligures qui cognominantur Corneliani et qui Baebiani*. Item in libro coloniarum p. 235 inter civitates Campaniae leguntur haec: *Liguris Bebianos et Cornelianos (bebianus et cornelianus libri) muro ductos triumvirale lege. iter populo non debetur. ager eius post bellum Augustianum veteranis est adsignatus*. Eius laterculi auctorem de uno solo oppido cogitavisse apparet; contra si Plinii verba recte tradita habemus neque is scripsit *qui et Baebiani*, duos populos distinxit, eique opinioni tituli hodie noti magis favent. Nam ex titulis ad Macchiam repertis duo n. 1456. 1466 rem publicam appellant *Ligurum Baebianorum*. In tabula autem alimentaria altero loco (3, 21) dicitur *res*

*publica Baebianorum* neque in altero (inscr. 3) post id quod legimus *Ligures Baebiani* Cornelianorum nomen videtur periisse. Quod alibi in eadem tabula dicitur *res publica Ligurum* (1, 44) sive *Ligustinorum* (3, 7; in *Ligustino* ibi est 2, 6. 35. 3, 7), quorum illud etiam in titulo n. 1485 redit, inde nequaquam colligi potest alterum eiusdem nominis populum nullum fuisse. Contra *patronus Ligurum Cornelianorum* qui invenitur in titulo Allifano Henzeni n. 5467, quamquam ubi ii fuerint non determinat, fuisse Cornelianos Ligures a Baebianis diversos confirmat. Quare cum olim, licet dubitans admodum, librum coloniarum potius secutus sim quam Plinium (v. *Bullett.* 1847 p. 172), iam magis crediderim hunc verum tradidisse. Ubi autem fuerint Corneliani illi, quos ad Taurasi vicum Aeclano proximum Guarinius rettulit, probabilius autem Garruccius ad vicum S. Bartholomaei in Galdo (v. p. 84), certis argumentis adhuc determinari non potuit. — Recensui in Liguribus Baebianis praeter titulos in ipsis rudibus ad Macchiam et Reino repertos item Morconensem, deinde qui prodierunt in agro vicorum S. Marci de Cavoti et S. Georgii alla Molinara ad sinistram Tamari ripam, ad dextram qui prodierunt ad sequens caput relatis. — Itineraria cum Ligurum non meminerint, quod ponunt XVIII lapide a Benevento, XII a Saepino *Sirpium* secundum has mensuras in agro eo fuit fere prope Morcone. — Ad magistratus et sacerdotes quod attinet, ex titulis prodierunt *IIIvir iure dicundo, aedilis, quaestor, pontifex* (omnia ex uno n. 1465), *Augustales* (n. 1464), collegia *dendrophorum* (n. 1459. 1463), *fabrum* (n. 1459). In tribu videntur fuisse Velina (n. 1465) potius quam Aemilia (n. 1460).

Ligurum tituli primum innotuerunt per GVARINI de antiquo agro Taurasino commentarium (a. 1820), qui quae ex his partibus edidit, ea redeunt fere in schedis Beneventanis Collis de VITA. Deinde cum a. 1831 tabula alimentaria n. 1455 ex ruinis illis prolata esset, eo motus dominus Campolattari eques de AGOSTINI his monumentis fructuosam operam impendit et cum ipse non ederet, curavit ut ab aliis recte et plene ederentur. Prodierunt autem fere cum Beneventanis, ubi et de aliis auctoribus et de Garruccio diximus.